



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**ITINERARI[I] || ITALIAE || RERVMQ. ROMANARVM || LIBRI  
TRES ||**

**Schottus, Franciscus**

**Antverpiae, 1600**

Sacrarum ædium Urbis Ro. Catalogus, alphabeti serie.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70633)

CATALOGVS  
SACRARVM ÆDIVM  
VRBIS ROMAË, ALPHABETI  
SERIE, SITVQ. ADSRIPTO:  
indicatis & Epitaphiis lectu  
dignissimis.

## CAP. V.

*Ex Laurentij Schraderi Saxonis Monumentorum Italia. Libro II.*

S. **A**DRIANVS, templum in tribus Foris: olim fuit Saturni in foro Romano, postea Neruæ Imp. Instauravit Io. Card. Bel-laius, vt inscriptio præfert in epistyllis.

S. AEGIDIVS, in via Cassia.

S. AGAPETVS, apud Basilicam Diui Laurentij.

S. AGATHA, Gothorum Ecclesia, sub Viminali. Hic Dianæ & Pacis imagines ex cæmento. Pro foribus prætextati in subselliis pueri sedent, ac docentur. Disces & *pretextæ* togæ formam; qualis ferè Sacerdotum sacrificantium.

Tumulus hîc *Iani Lascari*, cum Epitaphio duplici Græco:

S. AGNES, in regione Parionis.

S. AGNES, in via Nomentana. Pulcrum templum, marmore incrustatum.

Descenditur gradibus xxxi i. Columnæ marmoreæ xxvi. Monasterium vicinum concidit, desertum fuit, ob aëris intemperiem: Cuius porticum Iulius Card. Sixti iv. nepos extruxerat. B. Agnetis corpus hîc conditum anno dno m. c. c. xli.

Proximum huic sanum B. Constantiæ, Constantini Imp. filiæ, ab Alexandro IV. consecratum, anno M. CC. LVI. Hic quoque corpora Emerentianæ, Atticæ, & Artemiæ virginum. Creditum olim Baccho sacrum, quod in eotumba porphyretica, cum Geniis vuas calcantibus incisa, summo artificio spectetur. Templum est rotundum, quatuor & viginti columnis marmoreis, opere musivo, & tessellato, &c.

S. ALBERTVS, in Esquilis.

S. ALEXIVS, in Auentino monte, olim Herculis Victoris.

S. AMBROSIVS, { de Maxima, in regione  
S. Angeli.  
in campo Martio, Mediolanensium.

S. ANASTASIA, in radicibus Palatini montis: olim Neptuni equestris, qui & *Consus* dictus, quod consiliorum arcanorum Deus putaretur.

in regione Harenulæ.

S. ANASTASIVS ad aquas Saluias, via Ardeatina.

COLVNA, in regione Triuij.

ANIA, prope curiam Sabello-  
rum.

S. ANDREAS DE

TABERNOLA, inter Esquilias, & Coelium montes.

FRATTIS, inter Capitolium, & theatrum Marcelli.

SCAPHIS, in ripa Tiberis.

VRISIS, in regione Harenulæ.

MENTVZA, in radice Capitolini.

S. ANDREAS IN

NAZARENO, in regione Harenulæ.

PALIVRA, in Palatino.

S. AN-

S. ANDREAS IN { PORTUGALIO, in Sa-  
burra.  
STATERA, in radicibus  
Capitolini.

S. ANDREAS TRANS-TIBRIM, in Vaticano.

In Foro boario.  
in Piscina, olim Mercurij.  
in Thermis Diocletianis.  
Pius IV. P. M. B. Virginiam  
& Angelis dedicavit, ut  
summi altaris præfert ti-  
tulus disticho. Estque  
Carthusianorum sedes.  
Hic sepulcrum Franc. Al-  
ciati, & Antonij de Duca  
Siculi, Cardd.

S. ANGELVS

DE MOZARELLA, in monte  
Iordano.

S. ANNA { in circo Flaminto.  
sub viminali.

S. ANTONIVS { in Portugallo.  
in Sclauonia, vallis Martiæ.  
in Esquilino colle; quo festo  
S. Antonij iumenta omnia  
altare comitant, quò à  
morbis immunia, & à lupis  
tuta sint.  
Adiacet illi Hospitalis do-  
mus à Pio IV. Mediolan.  
P. M. inſtauratum.

S. APOLLINARIS, olim Apollinis, ad turrem  
sanguineam: nunc Germanicæ gentis Colle-  
gium adhæret, vbi alumni pietatem cum studiis  
imbibunt.

SS XII. APOSTOLORVM, in regione Tri-  
uij. Hodie tenent ordinis D. Francisci sodales.  
lapis inſcriptus à Constantino primùm ædifi-  
catum testatur, & ab hæreticis vastatum, à Pela-  
gio.

gio & Ioanne summis Pont. instauratum. Hic sepulcrum summi viri Bessarionis Card. Nicæni, Episc. Tusculani, & Patriarchæ Constantinop. Petri item Saonensis Card. tumulus, & Barthol. Camerarij Beneuentani Theologi & I. C. SS. APOSTOLI, XII. in Vaticano.

S. AUGUSTINVS, in campo Martio, eremitarum cœnobium Sodalium S. Augustini. B. Monicæ matris eius hic corpus quiescit, hisce versibus adscriptis

*Hic Augustini sanctam venerare parentem,  
Votaq; ser tumulo quo iacet illa sacro.  
Que quondam grato toti nunc Monica mundo  
Succurrat, precibus præstet opemq; suis.*

S. BALBINA, in Auentino.

S. BARBARA, in regione Pineæ, olim Veneris theatri Pompeiani.

S. BARTHOLOMAEI, in Trâstiberina insula olim Iouis, vel, vt aliis placet, Aesculapij. Cœnobium hodie Sodalium Diui Francisci. Hic SEMONI SANCO Deo vetus in lapide inscriptio.

S. BASILIUS, supra forum Neruæ.

S. BENEDICTVS { in regione Harenulæ.  
trans-Tiberim.  
Tagliacosso, prope vicum  
Iudæorum.

S. BERNARDVS, prope columnam Traiani.

{ in campo Martio.  
in Orphæa,  
in ripa Tibris.  
trans-Tiberim

S. BLASIUS { in scalis  
De angelo, in regione Pineæ.  
De fossa, in regione Pontis.  
De montibus, in Esquilino.  
De Pagnotta.

S. B I.

S. BIBIANA, in Esquilis.

S. BONIFACIUS, in Auentino.

S. BRIGIDA, in regione Harenulæ.

S. CAECILIA { trans-Tiberim, virginum  
sacrarum.  
in campo Martio,  
in regione Amphitheatræ.

S. CAESARIUS, in regione Harenulæ.

S. CALIXTUS, in via Aurelia.

CARTHUSIANORVM, in monte Cœlio.

S. CATHARINA { De Sabellis  
in circo Flaminio.  
trans-Tiberim.  
sub monte Tarpeio, olim  
Carmentæ.

S. CELSVS, iuxta pontem Aclium.

S. CHRYSOGONVS, trans-Tiberim.

Hic titulus & sepulcrum HIERONYMI  
ALEANDRI Mortensis, Card. doctissimi: &  
Dauidis VVillyani, oratoris Angliæ.

S. CLEMENS, in Cœlio.

S. CONSTANTIA, in via Numentana, olim  
Bacchi fuisse putatur ex tumba porphyretica.

S. CORNELIVS, in via Appia.

S. COSMAS ET DAMIANVS, in via sacra,  
olim Romuli & Remi.

Hic tumulus Crescentij & Guidonis Pisani  
versibus inscriptus legitur.

S. COSMATVS, sub Ianiculo, olim Fortis For-  
tunæ.

S. CRESCENTIVS, in via Mamertina.

S. CYRIACVS, in Viminali.

S. DIONYSIVS, Gallicæ gentis templum.

S. ELIZABETHA, in campo Martio, olim  
Agrippæ.

S. EQVI-

S. EOVITIVS, prope Thermas Domitij.

S. ERASMVS, in Cœlio monte.

S. EUPHEMIA { in via Appia.  
in Equiliis.

S. EUPOLVS, in via Ostiensi.

S. EVSTATIVS, prope Pantheon, olim Boni euentus.

S. FELIX { in valle Martia.  
in Pineis.

S. FELICITAS, in via Salaria.

S. FRANCISEVS, in pede Ianiculi.

Hic sepulcrum Pandulphi Anguillaræ Comititis, qui sæculum vixit, & Diui Francisci se Regulæ senex addixerat.

S. GEORGIVS { in Velabro.  
in Specis.

S. GERVASIVS.

S. GREGORIVS { ad caput pontis Fabricij.  
in Cœlio monte. Monasterium est siue Belgarum & Germanorum, siue Camaldulensium: olim domus B. Gregorij r. Pont. Max. & in horto ostenditur mensa, qua XII. mendicos quotidie accipere solitus erat, vt in eius vita Ioan. Diaconus scribit.

Epitaphia hinc plurimorum Florentinorum: Sed & Eduardi Carni, & Roberti Vechami equitum Anglorum, & I. Corum qui ob religionem Catholicam patria pulsi, Romæ in Domino quiescere voluerunt. Item Antonij Vallis, Bârcinonensis: & Statij cuiusdam poëtæ, quem in Virgilium scripsisse hoc Epigramma testatur.

STATIVS hinc situs est, iuuenē quē Cypris ademit  
Præcociem, Aenea carmine quod præmeret.

STATIO STATIO F. DVLCISS.

CHRISTOPHORA M. PIENTISS. P.

VIXIT ANN. XXXIII.

S. HIL-

S. HIERONYMVS, prope curiam Sabellam.

S. HIPPOLYTUS, sub Quirinali.

S. IACOBVS, in circo Flaminio Hispanicæ nationis Xenodochium est: Hic Tituli Hispanorum varij leguntur: In limine Bartholomæi Cueæ Card. & Bernardini Cordubens. Pont. Max. Marmorea visitur effigies, & inscriptio PETRI CIACCONI presbyteri Toletani, viri post hominum memoriam felicissimi in emendandis scriptoribus cum sacris, tum profanis, vt libri testantur. Domus hospitalis heres pon. curauit. In columna, Victoria recepti à Catholicis Regibus regni Granatensis, & clauis Tripolis Barbaricæ ciuitatis portæ, spectantur.

BAPTISTA, in monte Cœlio.

EVANGELISTA, ante portam Latinam: in Cœlio, olim Dianæ.

COLYBITA, in insula, olim Aesculapij fuisse putatur.

DE FICOSA, sub Quirinali.

IN FONTE, in Cœlio monte.

IN LATERANO, vna in VII, Ecclesiis, de quibus supra dicere memini.

IN DOLA, in Cœlio.

IN OLEO, ante portam Latinam.

DE MERCATO, in regione Capitoli.

DE MALVA, trans-Tiberim.

DE PINEA, in regione Pineæ.

S. IOANNES & PAVLVS, in Cœlio monte. Pro foribus leones duo, puerum alter, alter virum dentibus tenens: & porphyreticum sepulcrum hîc quadratum spectatur.

S. IOSEPHVS, in regione Pineæ.

S. IULIANVS, in Esquilino.

S. IVO, in campo Martio.

L. LAV.



Prope macellū coruorum.  
 in Viminali.  
 in Ianiculo.  
 iuxta Tiberim.  
 in Lucina, olim Iunonis  
 Lucinae.  
 in Fontana, in valle EG  
 quilina.

S. LAURENTIUS

IN MIRANDA, ad forum  
 Romanū, olim Castoris.  
 IN PANISPERNA, in Vi  
 minali colle: Hic lege  
 Epitaphiū Gulielmi Sir  
 leti, Card. hominis lin  
 guarum, Græcæ præfer  
 tim, longè doctissimi.

IN DAMASO, in regione

Pineæ, vetustissima ædes, & domui inclusa, in  
 qua hodie Pontificia Cancellaria. Epitaphium  
 hic & imago Annibalis Cari, Etrusca lingua  
 disertè, qua & multa conscripsit: & Iacobi Fabij  
 Parmensis, quem de Beneficentia scripsisse titu  
 lus ibidem refert. Item Petri Marfi, & Iulij Sa  
 doleti, fratris Iacobi Sadoleti S. R. E. Card. qui  
 & Pyrrhino Citrario posuit monumentum: &  
 Hieronymi Ferrarij Corrigiensis aliorumque  
 clarorum hominum.

IN Carinis.

ultra Pelegrinum.

prope ædes Dominorum de  
 Cruce.

S. LEONARDVS

IN Orphæa.

IN Septa Solis.

IN SILICE, in Esquilino.

VETVS, in Apothecis ob  
 scuris.

S. LUCIA

in Palatio olim Apollinis Palatini.  
 in Apothecis, olim Herc. Musarū,  
 S. L. V.

S. LUDOVICVS, prope campum Agonium,  
Gallorum templum est, clarorum eius gentis  
titulis ornatum, & Ioannis Fontainæ, militis  
Belgæ.

S. M A N C I L I A N V S.

S. MARIA { AEGYPTIACA, in regione Ripæ,  
olim Fortunę virilis.  
DE ANIMA, in regione Parionis.

Hoc Germanorum & Belgarum elegans tem-  
plum; hi etiam rem diuinam faciunt, aluntur-  
que, & alunt inopes peregrinos. Fores marmo-  
reæ, & altaria. Imago est B. Virginis marmo-  
rea, hoc disticho:

*Virginitas, Partus, discordes tempore longo,  
Virginis in gremio fœdera pacis habent.*

Hic ad altaris summi sinistram augustus tu-  
mulus H A D R I A N I V I. Pont. Max. quem  
illi, sibi que viuens posuit, gratitudinis ergo,  
Gulhelmus Enkefort, quem vnicum ille Cardi-  
nalem creauerat. Ad dextrum aræ latus C A-  
R O L I Principis Cliuie monumentum ingentis  
sumptus: qui anno sæculari sacro C I O. I O. LXXV.  
Idib. Febr. magno sui relicto desiderio Romæ,  
non sine Gregorij XIII. P. M. piis lacrymis in  
beatorum sedes migravit: descripsit que iter il-  
lius singulari, erudito que libro familiaris eius  
Steph. Vinādus Pighius Sanctensis Canoni-  
cus, in Hercule Prodicio. Legitur & Titulus,  
Francisci Forest, Montibus Hannoniæ oriun-  
di, & Othonis V Vachtendonck Geldri. Et Io.  
Andræ Antverp. & Io. Roseti Bruxellensis.  
Ceteri ferè Germani nobiles, qui salua tum fi-  
de atque integra, Romam religionis gratia fre-  
quentabant. In his familiam ducunt, ceteris-  
que antecellūt Otho Truchses Card. Melchior  
Truchses Protonotar. Marcus Fuggerus Augu-  
stani, & ingenio clarus Valerius Cordus,  
Phar-

Pharmacopæus insignis, Euricij Cordi Medici & poetæ F. Ioannes item Gropper, purpureo galero proximus, nisi mors immatura præoccupasset. Paulus quoque à Middelburgo, Episcopus Forosempronienfis, cuius eruditum opus de *Anno ac Temporibus, Paulina* nomine, in manibus est. Alexandri Iunij Antverpiani, Romæ sacri Palatij auditoris, Ioannis item Pauli Antverpiani, vt & Bartholomæi Salueti Bononiensis I. C. præstantissimi, tumuli ibidem visuntur.

S. MARIA IN ARA COELI, in Capitolio olim Iouis Feretrij. Cœnobium sodalium Diui Francisci. Tumulus hic Vallenfiũ & Maurinorum. Item Lucæ Gaurici Mathematici insignis, & Flattij Blondi Foroiulienfis rerum Romanarum historici, Francisci filij, & Angelæ Blondæ neptis. Marchionis quoque Salutiarum effigies, ac Elogium; & Ioan Bapt. Sabell. Card.

S. MARIA AVENTINA, in colle Auentino, olim Bonæ Deæ: Querimonia hic legitur carmine vxoris à marito crudeliter interfectæ.

S. MARIA { DE CACABARDIS, in regione Pineæ.  
IN CAMPO SANCTO, in valle Vaticani. Epitaphia hic pauca legas.

*Hic Petrus tegitur, virtute, & nomine Magnus,  
Expertus medio Tibure Sardiniam. [iuxta  
Elandria mi patria est. prolem dedit Angela con-  
Roma habeat cineres, spiritus astra petat.]*

{ IN CAPITOLIO, olim Apollinis Capitolini.  
IN CAPELLA, trans-Tiberim.  
IN CANDELORIO, in regione S. Angeli.  
IN CRYPTA PICTA, prope domum

munum Vrsinorum; olim Veneris  
Victricis.

DE CAELIS, in vico Flaminio.

De Camini, prope pontē Aelium.

De Conceptione, in monte Cœ-  
lio.

De Consolatione, sub rupe Tar-  
peia.

IN COSMEDI M, in Velabro;  
olim Herculis in ara Maxima.

Hic B. Augustinum docuisse  
vulgo iactant.

IN DOMINICA, in Cœlio mōte.

S. MARIA IN ESQVILIO, olim Isis, in  
Circo Flaminio.

DE CURTE, infra Capitolium.

AD FONTEM OLEI.

DE GRATIA, olim Vestæ, intra  
Capitolium & Palatinum.

GROTTAPENIA, in regione Pa-  
tionis.

IN HORTO, trans Tiberim.

IN INSVLA.

IN IVLIA, in regione Harenulæ.

DE INFERNŌ olim Iouis Stato-  
ris, in foro Romano.

DE LORETO, pistorium.

De Febribus, olim Martis, in Va-  
ticano. Hic statua Michaëlis Angeli Bonaroti  
ad S. Petrum, cum hoc Sancti Pazilli, qui annos  
LX. in Principis Apostolorum Basilica Sacris  
est operatus, epitaphio:

*Bis sex lustra Deo famulatus, Clauiger, ossa*

*Condidit hic Sanctus fessa dicata tibi.*

S. MARIA supra MINERVAM, sic di-  
ctum quod olim Mineruæ templum fuerit, ho-  
die Religiosorum S. Dominici sedes est, & scho-  
la. Sepulcrum hic magni illius Card. Poloni, &  
Tri-

Tridentinae Synodi Praefecti, acerrimi que haereticorum flagelli, STANISLAI HOSII, Episc. Varmiensis: & pro foribus templi, THOMAE de Vio Caietani, eiusdem instituti: quae erat animi demissione simplici titulo locoque contentus fuit: Epitaphium quoque versibus, ut illa tempora erant, Gulielmi Durandi, Episc. Mimatensis, qui *Diuinorum officiorum Rationale* aliaque ad Ius pertinentia reliquit. Ad altare summum Petri Bembi Card. tumulus, & locus ille Leoni x. & Clementi vii. Summis Pontiff. destinatus. Item Pauli iv. Carafae, Papae titulus a Pio v. illi positus. Ioannes de Turrecremata Card. ord. Praedicatorum, eiusque Testamentum de maritandis pauperibus puellis in sacrario carmine legitur, seruaturne quotannis. Francisci Niri, Florentini, plurimorumque Florentinorum, & Maffedorum Veronensium. Sed & Pauli Manutij Romanoru disertissimi, at sine titulo, hic tumulus ostenditur, qui tamen vitam multis viris, editis epistolis, ipsique ad eum Ciceroni a se illustrato dedit, ipse mutus iacet sine Elogio? Accidit idem Pompeio Magno, quem vix orbis tamen capere videbatur. Raphaëli Sanctio Urbinati, pictori carmine ibidem positum legimus.

*Hic situs est RAPHAEL, timuit quo sospite  
vinci*

*Rerum magna parens, Et moriente mori.*

*Et gentis Portiae Iulij adolescentis hoc elegans epitaphium:*

*Patria Roma fuit, gens Portia, nomen Iulus;*

*Mars puerum instituit, Mors iuuenem rapuit.*

DE MIRACVLIS.  
IN MONTE IORDANO.  
MONTERONIS, in regione  
D. Eustathij.

M O N-

MONTIS SERRATI, post campum Floræ, est Catalaunorum in Hispania.

S. MARIA

MONTICAELI, in regione Harenulæ.

NAVICELLA, in monte Cœlio.

NOVA, in extremo foro Romano; olim Solis & Lunæ.

ANNUNCIATA, est Collegij Sacerdotum Societatis I E S V.

DE PACE.

Hic Marci Musuri Cretenfis, viri doctiff. tumulus sic inscriptus visitur.

*MVSURE, ô mansure parum, properata tulisti  
Præmia, namq; citò tradita, raptà citò.*

ANT. AMITERNVS Marco Musuro Cretenfi, exactæ diligentia Grammatico, & rara felicitatis poetæ POSVIT.

Ibidem Iulij Saturni tumulus.

*Patris eram quondam spes & solamen Iulius:*

*Nunc desiderium mortuus, & lacryma.*

DE PALMA, in via Appia.

IN PALLARI, prope Veliam.

S. MARIA } IN PORTICV, in regione Ripæ:  
olim Saturni & Opis.

DE POPVLO, sub colle Hortulo-

rum ad portam Flaminiam. Et hic obeliscus erectus à Xistov. P. Max. Est cœnobium Augustinianorum sodaliū; quam ædem frequentant religionis gratia, qui ad S. Sebastianum extra muros longius positum ire æstu solis detrectât. Hic multorū Cardd. sepulcra, extructaque sacella pietatis ergo. Tumulus quoque Hermolai Barbari Patriarchæ Aquileiensis, hocce addito Elogio:

*Barbariem Hermoleos Latio qui depulit omnem,  
BARBARVS hic siens est, utraq; lingua gemit.*

*Vrbs*

*Vrbs Venetum vitam, mortē dedit inclita Roma:*

*Non potuit nasci clarius, atque mori.*

OBIIIT AN. CIO. CCCC. XCIIII. Maij XXI.

VIXIT ANN. XLI.

Ibidem humi cuiusdam felis morsu mortui distichon:

*Hospes, disce nouum mortis genus, improba feles  
Dum trahitur, digitum mordet, & intereo.*

S. MARIA { DE PORTUGALLO, in fine Suburræ.  
IN POSTERVIA, in regione Pontis.  
IN PVBLICOLIS, prope palatium Dominorum de Cruce.  
AD PRÆSEPE.

S. MARIA ROTVND A, à forma sic dictum; olim quia Deorum omnium fanum, Panthëon dictum; & rotundum, ne qua de locis inter Deos, cum ne Terminus quidem Ioui voluit concedere: nunc omnibus Sanctis sacrum, & B. Virgini cælorum reginæ. Magnificentissimum spectabis templum à M. Vipstano Agrippa III. Cos. constructum, vt inscriptio vncialibus litteris præfert. Hoc ipsum templum, vt ideam & exemplar perfectæ Architecturæ exhibet, explanauitque Ludouicus Demôteffius, pictor & architectus insignis, singulari libro Romæ edito, qui inscribitur, GALLYS hospes in vrbe. Est ex solido lapide Tiburtino, æquali cum altitudine tū latitudine. Tectū est plumbeum, & circulare, vnicū habens foramen, quod lucem præbet. Porticus ingens, columnis maximis nixa; valuæ & trabes æneæ. Ara summa ianuæ respondet. In pariete alibi caput Matris Deūm cernitur. Testudo per quam ad tectum ascenditur, gradus habet CL. Ad foramen tecti rursus gradus plumbei XL. Ante templum vas ingens Numidico è marmore,

more, supernè quadratum, infrà alvei similitudine ventrem habet. Leones iudem duo, cum notis Aegyptiacis. Vas item orbiculare è lapide Numidico.

Hic Marij Rufini sepulcrū positum gentilitium. & Thaddæi Succari pictoris egregii Epitaphium tanquam Raphaelis Vrbinatis (quem in æde B. Mariæ supra Mineruam sepultum dixi) in arte æmuli.

*Magna quod in magno timuit Raphaelæ, per aquè  
Thaddæo in magno pertimuit genitrix.*

SCALA CAELI, extra portam Ostiensem.

DE SOLE, sub Tarpeio.

SPOLIA CHRISTI, in foro Traiani.

DE STRADA, iuxta porticum Corinthiam & Capitolium: nunc Nominis I E S V, estque augustum templū à Farnesio Card. ædificatum Religiosis professis Societatis I E S V.

TRANS-TIBERINA.

TRANS-PONTINA, in regione Burgi: olim Hadriani Imp. IN via lata.

DE vineis, in descensu Tarpeij.

DE VIRGINIBVS, prope porticum Antonini.

VALLICELLA, in regione Pationis.

S. MARIA

S. MARIA MAGDALENA, } in regione columnæ.  
} infra collem Hortulorum & Tibriam.

S. MAGVTVS seu MAVTVS iuxta Collegium Socie-



Societatis I E S V est Bergomatium, iuxtaque obeliscus minor.

S. MARCELLINVS, in Cœlio.

S. MARCELLVS, in via Salaria.

Hic situs est Petrus GALLVS, Albiensis Gallus ut Aeliani interpres, sic Byzantij descriptor egregius. Monumentum clienti Georgius Card. Armeniacus egregium patronus posuit. Obiit an. CIO. IO. LV. Vixit annos LXV. Lege lector.

S. MARCELLVS, in via lata; olim Isidis iuxta ouilia.

S. MARCVS { IN INSVLA.  
IN PALATVRA.

S. MARTINVS, in Esquilino.

S. MARTINA, iuxta forum Rom. olim Martis Ultoris.

S. MARGARITA, in radice Esquilini.

S. MATTHAEVS, in Esquilino.

S. MICHAEL, { in monte Oliueti.  
in regione Burgi.

SS. NEREVS ET ACHILLEVS, iuxta thermas Antonini, olim Isidis, in via Appia.

S. NICANDER, in via Lauicana.

IN AGONIS, in regione pontis.

IN ARCHEMONIIS.

DE ARCIONIBVS, supra Triuij regionem.

IN CARCERE, in regione Ripæ.

IN CALCARIA.

S. NICOLAVS { DE PORTITORIBVS, in reg. Triuij.

DE FVNERARIIS, in radice Tarpeij.

IN MARCELLO Coruorum, ad Traiani columnam.

IN MATVZA, olim Iunonis  
Matutzæ.

IN PALATIO.

DE PERFECTIS, in campo  
Martio.

DE PORCILIBVS, ad radi-  
ces Quirinalis.

IN STATERA.

S. ONVPHRIVS, in Ianiculo.

S. OZANNA, in monte Coelio.

S. PANCRATIUS, in Ianiculo. Habet fugge-  
stum è nitido & porphyretico marmore, cum  
tessulis fului, viridis, & purpurei coloris: Cry-  
ptas item Martyrum subterraneas.

S. PANTALEON, in Suburra: olim Telluris e-des.

S. PAVLVS IN REGVLA, in regione Harenulæ.

ET MARCELLINVS, olim Quie-  
tis.

S. PETRVS } IN CARCERE, vbi olim Car-  
cer Tullianus, cuius in Cati-  
linæ coniuratione Sallustius  
meminit.

DEO DATVS, in via Portuensi.

MONTORIUS, in Ianiculo. Par-  
uum sed elegans templum, ac

rotundum, signis, picturisque egregie ornatum.

A Ferdinando Hispaniæ rege instauratum fer-  
tur: hæretque ei cœnobium Sodalium S. Fran-  
cisci regulam obseruantium. Ex hoc numero  
nuper an. crio. 15. xcvii. quieuit in Domi-  
no Fr. Angelus de Pace, Hispanus, singulari &  
sanctitate vitæ, & doctrina. Scripsit enim in-  
gens volumen in Symbolum Apostolorum. Se-  
pulcra hîc doctissimorū virorū: Antonij Massæ  
Galesij I. C. & Iulij Pogiani Nouariensis, ho-  
minis Ciceronis imitatione clari. Monumentum

H  
tum

tum hîc quoque Iulij 11. P. M. sed sine titulo, ut plerique patuo suo Cardinali Montio posuisse affirmant. CHRISTI hîc in cælum ascendentis, & Transfigurati pictura eximia visitur, altera Card. Medices liberalitate ædi attributa anno 1523. Raphaël Vrbinas aram summam artificiosè adornauit. Dextram templi partem CHRISTI flagellis cæsi imagine Fr. Sebastianus Vicentinus, pictor egregius illustrauit:

S. PETRVS AD VINEAM.

S. PETRVS, QVO VADIS? in via Appia scellum rotundum, pedum XII. duplici ostio. Historia nota, quam & B. Athanasius, alijque commemorant. Interrogante enim Petro iam fugiente, Domine, quo vadis? Romam, inquit, iterum crucifigendus. His verbis monitus Apostolus redit, patiturque Romæ cruci capite deorsum affixus.

S. PETRVS AD VINCVLA. Asseruantur enim hîc carenæ, quibus Hierosolymis alligatus Apostolus: laudatque concionans B. Chrysostomus. Hîc quoque Machabæorum corpora, & pars crucis B. Andreæ asseruatur: cuius etiam caput à Constantinopolitano Imp. Romano Pontifici donatum, in ædis Diui Petri in Vaticano, altari ostenditur. Reliqua in regno Neapolitano sunt. Altare hîc pulcherrimum, & portæ æneæ quibus B. Petri cruciatus exprimitur. Statua item Moyſis ducis populi Israelitici: sub Iulij 11. rumulo è marmore est sedentis habitu, barba promissa, qua & cingitur. Opus affabrè sculptum à Michaële Angelo Florento, spectatumque ut oculos pascit, sic animum explere nequit; licetque videas frequentius, iuuat vsque morari. In cœnobij medio Canonicorum Regularium S. Saluatoris, palma ingens est, & in hortis reliqua Thermarum Titi. Domus item Neronis, aliaque. Ad templi  
limina

limina Votum S. Sebastiano persolutum, pestis depulsi, quæ anno DCLXXII. Urbem populata est. Hic religionis ergo ad Vincula condicum suis voluit Nicol. Cusanus Card. Treuirens. vir omni genere disciplinarum sæculo illo antistās. Obiit enim an. 1464. XI. Augusti. Sixtus quoque olim & Iac. Sadoletus Cardd. & illius patruus Iulius 11. Pont. Max. marmoreo tumulo, sed qui titulo careat. In muro inscriptiones aliquot antiquæ Ethnicorum, L. Tampij. Martij & Martiæ libertorum, & Claudij Hermogeniani Olybrij, sed quas alij studiosè collegerunt. Nicolai etiam pictoris hoc Epitaphium legas:

*Qui iacet ante tuas Nicolaus, PETRE, catenas,  
Hoc opus erexit, cetera marmor habet.*

ANN. M. DCCC. LXV.

S. PERIGRINVS, post portam Pertusam, unde vico nomen est.

S. PETRONELLA, in Vaticano: olim Apollinis Vaticani.

S. PHILIPPVS & IACOBVS.

S. PRAXEDIS, in Esquilino, à Paschali primo Pont. M. exstructum, in quo columna, ad quam CHRISTVS flagellatus. Ad altare sex columnæ porphyreticæ, & duæ nigricantes albis maculis distinctæ. Sepulcrum hic Alexandri Braccij Florentini, hominis eruditi.

S. PRISCA, in Auentino, olim Herculis fuit.

S. PRUDENTIANA, in Viminali: Hic primum Missæ sacrificium peregrisse S. Petrum tradunt. Et lapis cruentæ hostiæ ostenditur, confirmati eo miraculo Sacerdotis, de *Transsubstantiatione* malè dubitantis.

SS. QUADRAGINTA MARTYRVM, in regione Pineæ, quos pro concione B. Basilius laudavit.

SS. VATOR CORONATI, in Cœlio.

H 2

SS. QVI-

SS. QUIRICVS & IVLITTA, in Saburra.

S. ROCHVS, in valle Martia.

S. ROSA, in circo Flaminio.

S. RVFINA, trans Tiberim.

S. SABINVS, in Quirinali.

S. SABINA, in Auentino colle: Pontificum Rom. prima sedes, & S. Dominici, estque Praedicatorum domiciliū: lapis in medio ostenditur, quo Dominicus frustra à dæmone peritus est. Pro foribus urna lapidea, qua maior nulla Romæ reperitur.

Reliquiæ hîc Alexandri Pont. Euentij & Theoduli Martyrum: Sabinæ item & Seraphiæ virginum, qui omnes Hadriani Imp. temporibus martyrio coronati anno Christi 133. & ab Eugenio II. hîc collocati coluntur, an. 822. cuius etiam Pontificis sepulcrum versibus ornatum, sed Echoinis, vulgò Leoninis; quibus ætas illa mirum quantum sibi indulfit, hodie ridentur à doctis.

S. SABAS, in Auentino. Hîc ingens videas sepulcrum, quod Titi Vespasiani fuisse putant.

IN AERARIO.

IN CAMPO, in regione Harculæ.

IN IVLIA.

Trans Tiberim, ad pontem.

DE CVRRIBVS, ibidem.

DE CABARIIS, in regione Pineæ.

DE LATERANO, in Cœlio.

DE CVPELLIS, in regione Columnæ.

DE LAVRO, prope montem

S. SALVATOR } Iordanem.

DE PORTICV, sub rupe Tarpeia.

IN MAXIMIS: olim Iouis, Mineræ, & Iunonis. quod M. Pulvillus dicavit.

IN STATERA, olim Saturni, in Capitolio.

IN THERMIS, prope Agonem.

IN REGVLA.

IN PIETATE: olim Pietatis.

IN MILITIIS.

DE PEDEMONTIS.

TRIVM IMAGINVM, in Suburra. Quod Alexandro VI. Pont. Max. Stephanus Capus sua impensa instauravit, ut testatur inscriptio.

S. SATVRNINVS, in Quirinali.

S<sup>m</sup> SEPVLCRVM.

S. SPIRITVS, in Vaticano trans Tiberim: Xenodochium est Pontificium, virorum senio affectorum & morbo.

S. SEBASTIANVS, in via Appia. Supra inter VII. Ecclesias.

IN regione Eustathij.

IN Cœlio.

S. SERGIVS & BACCHVS, in Capitolio: olim Concordiæ.

S. SIMEON, in regione Pontis.

S. SIXTVS, ad infernam piscinã, olim

Honoris  
&  
Virtutis.

H 3

S. STA-

S. STANISLAUS, ad pontem Aelium.

IN AEGYPTO, in Vaticano,  
VNGARORVM templum.

S. STEPHANVS

DE CACABO.

ROTVNDVS, in Cœlio, Fauni  
olim. Germanicis alumnis

nunc commissum, pictumque vndique egregie  
Triumphis XXXII. SS. Martyrum, qui pro  
CHRISTO sanguinem fuderunt: Titulis etiam,  
versibusque additis; qui historiae velut indices.  
Quæ picturae aeri insculptæ, in vulgus editæ cir-  
cumferuntur, vt hinc commemorare nihil sit ne-  
cesse. Spectare potius iuuabit.

S. STEPHANVS

in foro Boario; olim Vestæ.  
in via Iulia.

in Silice.

DE DRUGLIO, prope porti-  
cum Antonini Imp.

S. SUSANNA, in Quirinali. Habet pulchram  
cisternam, & vas æneum aquæ lustralis.

S. SYLVESTER IN

Regione Columnæ.  
Auentino.

Montibus.

Quirinali à Clemēte VII.  
Sylvestro Pont. dicatum  
an. 1524.

S. SYLVESTER

Trans Tiberim.

Prope arcum Domitiani.

S. THOMAS

Prope curiam Sabellam.

in regione Harenulæ.

Cœlio.

Vico Iulio.

Parioni.

S. THEO.

S. THEODORVS, sub monte Palatino: olim Romuli & Remi: vel, ut alij, Panos Lyxi.

S. TRINITATIS, in colle Hortulorum. Exstructum à Gallorum Rege IIII. Sodalium est Minimorum, & ferè Gallorum: sacella picturis partim coloratis, partim auratis ornata: In his Rodolphi Pij Card. Carpensis, & Lucretiæ Rueræ Iulij II. Pontif. sororis filix. Ad Aram summam M. Antonij Mureti, viri doctissimi, & Eloquentiæ doctoris Romæ & Venetiis annos XXI. Tumulus conspicitur: qui & pecunia cœnobium iouit. Item Francisci Franchini Cosentini, Massæ Populoniæ (ut titulus habet) Episcopi, prudentis, acrisque viri, ac venusti poetæ.

S. TROPHO, apud S. Augustinum.

S. VALENTINVS, in circo Flaminio.

S. VALENTINIANVS, in via Flaminia.

S. VITALIS, in colle Quirinali. Hodie Societatis IESV Sacerdotibus eius commissa administratio.

S. VITVS, in regione Pontis.

S. VIVIANA:

S. XYSTVS, al. SIXTVS.

PONTIFICII PALATII  
OFFICIA ET COLLEGIA.

CAP. VI.

OFFICIA & Ministeria Pontificis multa sunt, & superat illius aulæ Magnificentia omnes Christianorum Principum, & tanta eius est obseruantia, ut ne Cardinales quidem, qui dignitate Regibus comparantur, vrbe exeant, nisi perita, & habita licentia. Horum in Vrbe